Ex eodem. Qui contentiosus aut murmurans exstiterit. secundum arbitrium prioris ita peniteat. qualiter culpe qualitas exstat. De eadem re.

liiii. Apostolus dicit. Apostolus dicit. Omnia facite sine murmurationibus. Alienus a fratrum unitate sit. qui murmurat & opus eius abiciatur. De contentiosis.

lv. Ex decretis Hilarii pape. Capitulo xv. Si quis videtur contentiosus esse dicente apostolo. nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei si quis hoc facit. notetur usquequo corrigatur.

lvi. De illis qui lascivi in lingua fuerint.

Ex penitentiali Theodori. Si quis lascivus in lingua fuerit. triduana penitentia expietur.

lvii. De illis qui podium diffidentes existiterint.

Ex dictis Isidori. Si quis discors & litigans & podium diffidens exstiterit. quousque ad concordiam redeat. a conventu & societate ecclesie ut canones iubent alienus exstat.

lviii. De illo qui odio habet aliquem & ad pacem reverti [non vult].

Ex eodem. Si quis odio habet aliquem ita ut ad pacem reverti nolit. sic sanctorum patres statuerunt excommunicetur. & ab ecclesia separetur. donec reconcilietur: De eadem re:

lviiii. Ex decretis Fabiani pape Capitulo v. Si quis contristatus noluerit reconciliari satisfactione eo quem contristavit. acerrimis maceretur ieiuniis usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat. De eadem re.

lx. Ex eodem. Si quis non vult reconciliari fratri suo quem odio habet. tamdiu in pane & aqua peniteat. dum reconcilietur ei. De eadem re.

lxi. Ex concilio Agathensi. Capitulo vii. Placuit etiam ut sicut plerumque fit. ut quicumque odio aut longinqua inter se lite discesserint. ut ad pacem revocari diuturna intentione nequiverint. ab ecclesie cetu instantissima excommunicatione pellantur. De illis qui contentiones & rixas amaverint.

lxii. Ex concilio eodem. Si quis contentiones & rixas amaverit. & manifesto cum suis fratribus intulerit. iuxta arbitrium rectoris modum peccati districta expiet penitentia.

lxiii. De his qui faciles sunt ad detrahendum.

Ex eodem Capitulo x. Si quis promptus facilisque est ad detrahendum. dicensque quod verum non est. vii. dies in pane & aqua sequestratus a fraterno consortio peniteat.

lxiiii. De his qui contra episcopos suos conspiraverint:

Ex decretis Calixti pape ad omnes Galliae episcopos. Conspirationum vel crimina viris

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNI FREIBURG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0373